UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

Prologvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

Visual Library

Prologus in Vitam Sancti Rimberti Epiſcopi & confeſſoris.

SCripturi Vitam cum omni ſemper veneratione memorandi Rimberti, Pontificis, & quæ officij eius primitus occaſio fuerit, aut quem ad hoc inſtitutorem vel conuerſationis præfectum habuerit, ſeu qualiter ad hoc electus deinceps vixerit, in quantum hæc comperimus, fideliter enarramus.

Incipit Vita ipſius.

CAPVT I.

Propoſitum Ludovici Imperatoris patris ſui Karoli Magni pia inſtituta continuandi & conſummandi.

CVm Imperator HLudovvicus Regni Francorum Monarchiam teneret, auctori ſublimationis ſuæ Deo talem deuotè vicem reddere curauit, vt Eccleſiæ Dei in Regno eius conſtitutæ decenti vigore proficerêt. Seruorum quoque & Ancillarum Dei ſtatus, cum honoris incremento, latiùs excreſceret. His eius aſſiduis meditationibus, ex diuinâ inſpiratione, ſubintrauit etiam memoria, qualiter Sereniſſimus pater ſuus Karolus cognomento Magnus, Gentem Saxonum eô-